

QUOMODO LATINE LUDATUR LUDUS SEPTEM FAMILIARUM
(Comment jouer en latin au jeu des sept familles)

Hic ludus bene notus, praecipue in Francogallia, optimum instrumentum est ut minores natu discipuli casum vocativum, accusativum, genitivum et ablativum repetant et bene intelligant usu ac ludo. Etiam majoribus est occasio discendi numeralia distributiva in lingua Latina exstare. Sed enim prius quam res fieri possit, plures chartularum series eiusdem ludi (quia varii sunt ludi septem familiarum), a magistro eiusve instituto emptas opus erit. Tunc igitur haec sunt verba Latina quibus magister hanc scholam inusitatam discipulis explanet :

Ce jeu bien connu, surtout en France, est un excellent outil pour que les élèves les plus jeunes révisent et comprennent bien le vocatif, l'accusatif, le génitif et l'ablatif par l'usage et le jeu. Pour les plus grands, c'est même l'occasion d'apprendre que des adjectifs distributifs existent en latin. Pour que cela soit possible, il faudra bien sûr que plusieurs séries du même jeu (car il y a divers jeux des sept familles) aient été achetées auparavant par le professeur ou son établissement. Voici donc le discours en latin qu'il pourra tenir pour expliquer aux élèves ce cours inhabituel, tout en leur montrant les cartes avec lesquelles ils vont jouer :

In hoc ludo sunt septem familiae. In singulis sunt senae personae sive chartulae :

- **Filia** (filiae, f.) [= *declinatio* Ia]
- **Filius** (filii, m.) [= *declinatio* IIa]
- **Mater** (matris, f.) [= *declinatio* IIIa]
- **Pater** (patris, m.) [= *declinatio* ?.. IIIa]
- **Avus** (avi, m.) [= *declinatio* ?.. IIa]
- **Avia** (aviae, f.) [= *declinatio* ?.. Ia]

Ut aliter dicam, *quaeque* familia *suam* filiam habet, suumque filium, et suam matrem et suum patrem et suam aviam et suum avum.

Quaeque familia quoddam officium repraesentat. E.g. in hoc ludo classico (quia varii sunt ludi septem familiarum), sunt haec **septem officia** :

Latine	Francogallice
Agricultorum familia [agricola, ae = <i>declinatio</i> Ia]	<i>fermier</i>
Condimentariorum familia [condimentarius, ii = <i>decl.</i> IIa]	<i>épicier</i>
Mecanicorum familia [mecanicus, i = <i>declinatio</i> IIa]	<i>garagiste</i>
(Fabrorum) lignariorum familia [faber lignarius = <i>decl.</i> IIa]	<i>menuisier</i>
Piscatorum familia [piscator, oris = <i>declinatio</i> IIIa]	<i>pêcheur</i>
Pistorum familia [pistor, oris = <i>declinatio</i> IIIa]	<i>boulangier</i>
Structorum familia [structor, oris = <i>declinatio</i> IIIa]	<i>maçon</i>

Quomodo ludatur hic ludus chartularum ?

Primum aut omnes chartulae lusoribus distribuuntur, aut tantum septenae singulis lusoribus ut reliquiae in media mensa deponantur - quarum ex pila postea superna chartula a vane rogante sumatur.

Tunc cuique lusori quam plurimas familias complere conandum est. Itaque eo majoris momenti est ut quisque vel quaeque suas chartulas secretas servet quod chartulae a ceteris petuntur ut familiae compleantur.

E.g. qui primus ludum ludet, si in manu habebit ex agricolarum familia filiam et filium et avum et patrem, sane matrem vel aviam a quolibet altero lusore rogabit.

Tunc temporis sic rogatur :

Juliã / Leã,	in familia (structorum)	filiam	volo / rogo.	
Juli / Olivari,		filium	desidero.	
Paule / Petre,		matrem	da / dona mihi,	quaeso/ praecor.
Absalon,		patrem	(<i>ibidem</i>)	te amabo.
A Juliã,		aviam	peto / quaero.	
A Paulõ, etc.		avum	requiro.	
= vocativus aut ablativus	ablativus + genetivus	accusativus	verbum	(<i>vox urbanitatis</i> <i>post imperativum</i>)

« **X** (*vocativo casu*) **vel a X** (*ablativo casu*), **in...** (*genetivo*) **familia** (*ablativo casu*), **matrem vel aviam** (*accusativo casu*) **rogo** », vel :

« **X**, (*vocativo casu*), **in...** (*genetivo*) **familia** (*ablativo casu*), **matrem vel aviam** (*accusativo casu*) **quaero, habesne ?** » vel « **da mihi, te amabo** ».

Si alter habet quod alter rogat, cogitur tradere (etsi semper licet easdem chartulas vicissim iterumque exigere). Tunc interrogatus vel interrogata sodalis chartulam probe tradit :

« **Ecce... haec est (filia, mater, avia) / hic est (filius, pater, avius)** ». Nisi contra dicat :

« **Non habeo.** » (si quidem verum sit !)

Tum primus urbane comiterque vice sua respondet :

« **Gratias (multas / permultas / maximas) tibi ago.** »

Qui quaeve rogavit ludere pergit dummodo petita chartula a sodale interrogato recepta sit. Nisi res ita sint, qui quaeve ad latus illius sedet vice sua quemlibet e manu sodalium sollicitat.

Qui quamlibet familiam completam tandem obtineat, statim clamet : « **(una) familia !** » vel « **habeo familiam !** » dum septem chartulas ante se in mensa ponit ut ceteri eas videant.

Qui plurimas familias compleverit, victor erit clamabitque ut Julius Caesar: « **Vici !** »

Ecce alia verba huic ludo non inutilia :

Noli fallere !	<i>Ne triche pas !</i>
Fallax es !	<i>Tu es un tricheur / une tricheuse !</i>
Ne chartulas meas inspicias !	<i>Ne regarde pas mes cartes !</i>
Vicis tua / mea (ludendi)	<i>C'est ton tour / mon tour (de jouer)</i>
Est vicis... (+ gen.)	<i>C'est au tour... (d'un tel)</i>
Sume / cape chartulam (in pila) !	<i>Prends une carte (dans la pioche) !</i>
Manum de tabula (tollo)	<i>J'arrête de jouer ! (formule antique)</i>
Euge ! Macte / macta ! Factum bene !	<i>Bravo !</i>
Fortunatus / fortunata es !	<i>Tu as de la chance !</i>
Heu, infortunatus / infortunata es !	<i>Hélas, tu n'as pas de chance !</i>